Ego autem in dn̄o gaudebo et exultabo in dō
ihū meo dš dns fortitudo mea et ponet pedes
meos quasi ceruorum et sup excelsa mea deducet
me uictor in psalmis. EXPLIC ABBACUC
PROPHETA INCP SOPHONIA
Verbum dn̄i quod factum ē ad sophoniā
filium chusi filii godolię filii amariae
filii ezechiae in diebus iosuae filii ammon
regis iuda Congregans congregabo omnia
a facie terrae dicit dns congregans hominem
et pecus congregans uolatile celi et pisces maris.
Inruine impiorum erunt et disperdam homines a facie
terrae dicit dns. Et extendam manum meā sup iudā
et sup omnes habitantes hierusalem et disperdā
de loco hoc reliquias bahal et nōina aedituorum cū sa
cerdotibus et eos qui adorant sup tecta maliciā
celi et adorant et iurant in dn̄o et iurant in mel
chom et qui auersi sunt de post tergum dn̄i et
qui non quisierunt dn̄m nec inuestigauerunt eum.
sileat a facie dn̄i. quia iuxta ē dies dn̄i. quia
praeparauit dns hostiā scificauit dns uoca
tus suos et erit in die hostiae dn̄i uisitabo sup
principes et sup filios regis et sup omnes qui
induti sunt ueste peregrina et uisitabo omē
qui arroganter ingreditur sup limen in die illa
qui conplent domum dn̄i sui iniquitate
et dolo et erit in die illa dicit dns Uox clamoris

a porta piscīū & ululatus a secunda & contritio
magna a collibus ululate habitatores pilę
conticuit omnis populus chanaan disperierunt
omnes inuoluti argento & erit in tempore illo.
scrutabo hierusalem in lucernis & uisitabo sup
uiros defixos in fecibus suis qui dicunt in cordi
bus suis non faciet dn̄s bene & n̄ faciet male
& non erit fortitudo eorum in direptionē & do
mus eorum in desertum & aedificabunt domus
& non habitabunt & plantabunt uineas
& non bibent uinum earum iuxta dies dn̄i magnus
iuxta & uelox nimis. Uox diei dn̄i amara
tribulabitur ibi fortis dies irae dies illa dies
tribulationes & angustię dies calamitatis &
miseriae dies tenebrarū & caliginis. dies nebu
le. & turbinis dies tubę & clangoris sup ciuitatis munitas.
& sup angulos excelsos. & tribulabo homines & ambula
bunt ut ceci. quia dn̄o peccauerunt. & effundetur san
guis eorū sicut aquę & corpus eorū sicut stercora.
sed & argentū eorū. & aurū eorū. n̄ poterit liberare
eos in die ire dn̄i in igne zeli eius deuorabitur omnes ter
ra quia consumationē confestinationē faciet cunc
tis habitantibus t̄ra. Conuenite congregamini gens
Non amabilis prius quā pariat iussio quasi puluerem
transeuntem diem antequam ueniat sup uos dies
furoris dn̄i quaerite dn̄m omnes mansueti terrę
qui iudiciū eius estis operati quaerite iustum quaerite
mansuetū

siquando abscondamini indie furoris dn̄i quia gaza
destructa erit et ascalon indesertum azotum inmeri
die eicient et accharon eradicabitur Uae qui habitatis
funiculum maris gens perditorum; Uerbum dn̄i super uos
chanaan terra philistinorum et disperdam te
ita ut non sit habitator et erit funiculus maris
reliquies pastorum et caule pecorum et erit funi
culus eius qui remanserint in domo iuda ibi pascent
in domibus ascalonis aduesperam requiescent quia
uisitabit eos dn̄s ds̄ eorum et auertit captiuitatem eorum
Audiui obprobriū moab et blasphemias filiorum ammon
quas exprobrauerunt populo meo et magnificati sunt super
terminos eorum Propterea uiuo ego dicit dn̄s exerci
tuū ds̄ isrl̄ quia moab ut sodoma erit et filii amon
quasi gomorrha siccitas spinarum et aceruus salis
et desertū usque inaeternum reliquie populi mei
diripient illos residue gentes meae possidebunt eos.
hoc eis ueniet pro superbia sua quia blasphemauerunt
et magnificati sunt super populum dn̄i exercituum
horribilis dn̄s super eos et attenuabit omnes deos
terre et adorabunt eum uiri delocosuo omnes in
sule gentium sed et uos et hiopes interfecti gla
dio meo eritis et extendit manū suā super aquilonē
et perdet assur et ponet speciosam insolitudinē
et ininuium et quasi desertū et accubabunt
inmedio eius greges omnes bestiae gentium
et onacrotalus et ericius inliminibus eius.

morebuntur Uox cantantis in fenestra coruus
insuper luminari quoniam attenuabo robor eius haec est
ciuitas gloriosa habitans confidentia quae dicebat
in corde suo ego sum extra me non est alia amplı-
us quomodo facta est in desertum cubilae
bestiae omnis qui transit per eam sibilabit
mouebit manum suam. Uae prouocatrix &
redempta ciuitas colum non audiuit uocem &
non suscepit disciplinam in domino non confisa est ad
deum suum Non adpropinquauit principes eius
in medio eius quasi leones rugientes iudices eius
lupi uespere non derelinquebant in mane pro
phetae eius uesani uiri infideles sacerdotes eius
non faciet iniquitatem; mane mane iudicium
suum dabit in lucem & non absconditur nesciuit
autem iniquus confusionem disperdidi gentes
& dissipati sunt anguli eorum desertas feci uias eorum
dum non est qui transeat desolatae sunt ciuitates eorum
non remanente uiro ne cullo habitatore Dixi attamen
timebis me suspicies disciplinam & non peribit
habitaculum eius propter omnia in quibus
uisitaui eam Uerumtamen diluculo surgentes
corruperunt omnes cogitationes suas quapropter
expecta me dicit dominus in die resurrectionis meae
in futurum quia iudicium meum ut congregem gentes
& congregem regna ut effundam super eas in
dignationem meam omnem iram furoris mei

Holo...

Sion

In igne enim zeli mei devorabitur omnis terra quia
tunc reddam populis labium electum ut invocent
omnis nomen domini et serviant ei umero uno ultra
flumina ethiopiae inde supplices mei filia dispersorum
meorum deferent munus mihi in die illa non confunderis
super cunctis adinventionibus tuis quibus prevaricata es
in me quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbie
tue et non adicies exaltari amplius in monte sancto meo
et derelinquam in medio tui populum pauperem et egenum
et sperabunt in nomine domini. reliquie israhel non facient ini
quitatem nec loquentur mendacium et non invenietur in ore
eorum lingua dolosa quoniam pascentur et accubabunt
et non erit qui exterreat lauda filia sion iubilate israhel
laetare et exulta in omni corde filia hierusalem
abstulit dominus iudicium tuum avertit inimicos tuos rex israhel
dominus in medio tui non timebis malum ultra in die dicetur
hierusalem noli timere sion ne dissolvantur manus tue
dominus deus tuus in medio tui fortis ipse salvabit gaudebit
super te in laetitia silebit in dilectione sua exultabit
super te in laude nugas qui a lege recesserant congregabo
quia ex te erant ut non ultra habeas super eis obprobrium
ecce ego interficiam omnes qui adflixerunt te in tempore
illo et salvabo et ponam vos in laudem et in nomine in omni
terra confusionis eorum in tempore illo quo adducam vos et in tempore
quo congregabo vos dabo enim vos in nomen et in laudem
omnibus populis terrae cum convertero captivitatem
vestram coram oculis vestris dicit dominus